

## **Konditionalsätze (kondizionale Perioden)**

RHH §§ 259-262

NM §§ 558-569

1. Hisce ego rebus exempla adiungerem, nisi apud quos haec haberetur oratio cernerem.
2. si enim aut mihi facere licuerit aut alius quispiam effecerit, ut omne ius civile in genera digerat, perfectam artem iuris civilis habebitis.
3. Qua re non, si eloquentissimus Athenis Pericles idemque in ea civitate plurimos annos princeps consili publici fuit, idcirco eiusdem hominis atque artis utraque facultas existimanda est, nec, si P. Crassus idem fuit eloquens et iuris peritus, ob eam causam inest in facultate dicendi iuris civilis scientia.
4. non fugisset hoc Graecos homines, si ita necesse esse arbitrati essent, oratorem ipsum erudire in iure civili.
5. Quod si te, Cotta, arbitrarer aut te, Sulpici, de eis rebus audire velle, adduxissem huc Graecum aliquem, qui nos istius modi disputationibus delectaret.